

<PRAEFATIO>

Ex Caligine Chaos. ex Chao et Caligine Nox Dies Erebus
Aether. ex Nocte et Erebo Fatum Senectus Mors Letum
Continentia Somnus Somnia <Amor>, id est Lysimeles,
Epiphron Hedymeles Porphyron Epaphus Discordia Mi-
seria Petulantia Nemesis Euphrosyne Amicitia Misericor-
dia Styx; Parcae tres, id est Clotho Lachesis Atropos; He-
sperides, Aegle Hesperie Aeria.

- 2 Ex Aethere et Die Terra Caelum Mare.
3 Ex Aethere et Terra Dolor Dolus Ira Luctus Menda-
cium Insuperandum Vitio Intemperantia Altercatio Ob-
litio Socordia Timor Superbia Incestum Pugna Oceanus
Themis Tartarus Pontus; et Titanes, Briareus Gyges Ste-
ropes Atlas Hyperion et Polus, Saturnus Ops Moneta
Dione; Furiae tres, id est Alecto Megaera Tisiphone. 15

*Praef. sqq. ad totum indicem cf. indicem illum quem praebet Do-
sitheus CGL 3.57.6 sqq.*

**Praef. I Titulum C. IULII HYGINI AVGVSTI LIBERTI
FABVLARVM LIBER habet F, quem uix e codice haustum censo;
inscriptum librum Hygini nomine testatur Mi 3 Lethe Sr
4 Incontinentia Sr Contentio Mu Conscientia Sr <Amor>
suppl. Rose 5 Hedyphron Bursian Hedymeles Bursian Du-
miles F 8 Aeria F Erythia uel Hestia uel Vesta Mu Africa
Schwenk 12 Incestum Scaliger ingestum F 14 Polus Mi
Prolus F**

Ex Terra et Tartaro Gigantes, Enceladus Coeus † elen-
tesmophius Astraeus Pelorus Pallas Emphyrtus Rhoecus
† ientios Agrius † alemone Ephialtes Eurytus † effractory-
don Theomises Theodamas Otus Typhon Polybotes Me-
nepharius Absesus Colophomus Iapetus. 20

Ex Ponto et Mari piscium genera. 5
<Ex Oceano et Tethye> Oceanitides, Hestyaea Melite
Ianthe Admete Stilbo Pasiphae Polyxo Eurynome Euago-
reis Rhodope † Iyris Clytia † teshinoeno Clitemneste Me-
tis Menippe Argia. eiusdem seminis Flumina, Strymon
Nilius Euphrates Tanais Indus Cephisus Ismenus Axenus
Achelus Simois Inachus Alphaeus Thermodoon Scaman-
drus Tigris Maeandrus Orontes. 6

25-29 cf. *schol. Vallicell. p. 153 ed. Wharmough*

16 Coemse Lentemophius F Coeus *Mi tum* Helenius Ophius
Sr (Ophion *malit Mu*) Selenios Strophius *Bursian* 17 Emp-
hytus *Staw* Emphitus F Rhoecus *Staw* Phorcus F Phrutus *Mu*
18 Ientios F Clytius *Mu* Agrius *Mu* agrus F Alemone F
Aleyoneus Sr Palaemon Sr Eurytus *Mu* Erylus F Echion
Corydon *Mu* 19 Theomises *Bursian* Pheomis F Otus *Mu*
Othus F Polybotes *Mu* Poliboetes F Menephiaraus *Mu*
Menecharnus *Bursian* 20 Astius *Mu* Ascus Sr
Colophemus uel Polyphemus *Mu* Colophonius *Bursian*
22 *suppl. Bursian* Petraea uel Idothea *Mu* id est (hoc est *malit*
Rose) Idyia *Bunte* Melite *Meuli* Meliae F Melie *Mu*
23 Admete Sr Admeto F Stilbo *Bursian* siluo F Pluto Sr
Pasiphe F Pasithoe *Mu* 24 Doris Clytia *Bursian* Lyriscitia F
Lysianassa Sr Tyche Phoenio *Mu* Clytie Mnestho *Mu*
Metis *Meuli* Ptecus F Perseis *Mu* 26 Ismenus *Mu* (*ita schol.*
Vallicell.) Ismarus F Axenus F Axis Sr Euenus *Bursian*
28 Maeandrus *Mu* Meandrus F

- 7 Ex Ponto et Terra Thaummas Ceto Nereus Phorcus.
 8 Ex Nereo et Doride Nereides quinquaginta, Glauce 30
 Thalia Cymodoce Nesaëa Spio Thoe Cymothoe Actaea
 Linnoria Melite Iaera Amphithoe Agaue Doto Proto Ph-
 rusa Dynamene Dexamene Amphinome Callianassa Do-
 ris Panope Galatea Nemertes Apsuedes Clymene Ianira
 Panopaea Ianassa Maera Orithyia Amathia Drymo 35
 Xantho Ligea Phyllodoce Cydippe Lycorias Cleio Berce
 Ephyre Opis Asia Deiopea Arethusa Clymene Creneis Eu-
 rydice Leucothoe.
 9 Ex Phorco et Ceto; Phorcides, Pemphredo Enyo Persis
 (pro hac ultima Dino alii ponunt). ex Gorgone et Ceto 40
 Sthenno Euryle Medusa.
 10 Ex Polo et Phoebe, Latona Asterie Aphirape Perses
 Pallas.
 29 Thaummas Sr Thoumas F Ceto Nereus Phorcus Mu (cum
Hesiodi theog. 233 sq.) Tusciensius Cepheus F 30 Dorede F
 31 Cymothoe Mu Cymothoea F Actaea Mu Actea F
 32 Proto Mu Protho F 33 Dynamene Mu Dynamene F
 34 Panope Comm Poenope F Galatea Mu Galathea F
 Nemertes Bunte Nimeris F, quod defendit Mu 35 Panopaea
*del. Stav; Mi putat nomen repetitum (sicut Clymene infra) nume-
 rum explendi gratia Pontoporia Graenius apud Mu Orithyia Mu
 Orithya F Amathia Mu Aemathia F Drymo Mu Drimo F
 37 Creneis Stav Crenis F 39 Ceto Mi Tetoa F
 Pemphredo (uel Memphedo) Mu Pamphede F Persis Bursian
 Chersis F 40 in mg. "Haec tota pagina in uel exemplari ita
 uetustate obliterata et corrupta erat, ut praeter vestigia litterarum, pro-
 penodum nihil deprehendi certo posset" Mi 42 hunc locum ualde
 corruptum sic emendat Mu ex Hesiodi theog. Ex Coeo et Phoebe
 Latona, Asterie: ex Crio et Euryle Astraeus, Perses, Pallas
 Perses Mu Persis F*

- Ex Iapeto et Clymene, Atlas Epimetheus Promet- 11
 45 heus.
 Ex Hyperione et Aethra, Sol Luna Aurora. 12
 Ex Saturno et Ope, Vesta Ceres Iuno Iuppiter Pluto 13
 Neptunus.
 Ex Saturno et Philyra, Chiron Dolops. 14
 50 Ex Astraeo et Aurora, Zephyrus Boreas Notus Fauo- 15
 nus.
 Ex Atlante et Pleione, Maia Calypso Aleyone Me- 16
 rope Electra Celaeno.
 Ex Pallante gigante (et) Styge, Scylla Vis Inuidia Pote- 17
 55 stas Victoria Fontes Lacus.
 Ex Neptuno et Amphitrite, Triton. 18
 Ex Dione et Ioue, Venus. 19
 Ex Ioue et Iunone, Mars. 20
 Ex Iouis capite, Minerva. 21
 Ex Iunone sine patre, Vulcanus. 22
 60 Ex Ioue et Eurynome, Gratiae. 23
 Ex Ioue rursus et Iunone, Inuentus Libertas. 24
 Ex Ioue et Themide, Horae. 25
 Ex Ioue et Cerere, Proserpina. 26
 Ex Ioue et Moneta, Musae. 27
 Ex Ioue et Luna, Pandia. 28
 Ex Venere et Marte, Harmonia et Formido. 29
 65
 50 Astro F 54 suppl. Mi Styge Scilla Mi Scylla Stygia
 Φ Iese Mi 56 Amphitrite Mi Amphitritone F 61 Gratiae
 Mi? Gratia F 64 cum uerbo Cerere incipit codicis Φ fragmen-
 tum in bibliotheca archiepiscopali apud Monacenses seruatum (uide
 Praef. p. VIII) 66 Pandia Stav Pandion F 67 armonia Φ

- 30 Ex Acheloo et Melpomene; Sirenes, Thelxiepia
Molpe Pisinoe.
- 31 Ex Ioue et Clymene, Mnemosyne. 70
- 32 Ex Ioue et Maia, Mercurius.
- 33 Ex Ioue et Latona, Apollo et Diana.
- 34 Ex Terra, Python draco diuinus.
- 35 Ex Thaumante et (Electra); Iris; Harpyiae, Caelaeno
Ocypete Podarce. 75
- 36 Ex Sole et Persa, Circe Pasiphae Aeeta Perses.
- 37 Ex Aeeta et Clytia, Medea.
- 38 Ex Sole et Clymene, Phaethon et Phaethontides, Me-
rope Helie Aetherie Dioxippe.
- 39 Ex Typhone et Echidna; Gorgon, Cerberus, draco qui 80
pellam auream arietis Colchis seruabat, Scylla quae supe-
riorem partem feminae, inferiorem canis habuit, quam
Hercules interemit, Chimaera, Sphinx quae fuit in Boeo-
tia, Hydra serpens quae nouem capita habuit, quam Her-
cules interemit, et draco Hesperidum. 85
- 40 Ex Neptuno et Medusa, Chrysaor et equus Pegasus.
- 41 Ex Chrysaore et Callirhoe, Geryon trimembris.
- 68 achelo Φ melpomene Φ Thelxiepia Molpe Pisinoe
Mu teles raidne molphetes tione Φ Telxiope iam conlecerat *Sr*
70 Mnemosine Φ 73 Terra *Sr* et terra *F* nomen alterum deese
putat Mi, uix recte (cf. fab. 140) 74 *suppl. Mi* Harpyae *F*
Caelaeno *F* 75 Podarge *Mu* 77 Clytia *F* Idyia *Mu* (*cf.*
fab. 25) 78 Phaeton et Phaetonides *F* 79 Merope *Sr*
Merope *F* Etherie Dioxyppe *F* 82 quam ... interemit *secl.*
Bursian 84 ydra Φ 85 et *sup. lin.* Φ 86 et² *sup. lin.* Φ
87 Chrysaore Φ *corr. e* Chrysaere, *ut uid.* gallirhoe Φ

I THEMISTO

Athamas Aeoli filius habuit ex Nebula uxore filium Phri-
xum et filiam Hellen, et ex Themisto Hypsei filia filios
duos, Sphincium et Orchomenum, et ex Ino Cadmi filia
5 filios duos, Learchum et Melicerten. Themisto, quod se
Ino coniugio priuasset, filios eius interficere uoluit; ita-
que in regia latuit clam et occasione nacta, cum putaret
se inimicae natos interfecisse, suos imprudens occidit, a
nutrice decepta quod eis uestem perperam iniecerat. The-
10 misto cognita re ipsa se interfecit.

II INO

Ino Cadmi et Harmoniae filia, cum Phrixum et Hellen ex
Nebula natos interficere uoluisset, init consilium cum to-
tius generis matronis et coniurauit ut fruges in sementem
5 quas darent torrerent, ne nascerentur; ita ut, cum sterili-
tas et penuria frugum esset, ciuitas tota partim fame,
partim morbo interiret. de ea re Delphos mittit Athamas
satellitum, cui Ino praecepit ut falsum responsum ita re-
10 ferret: si Phrixum immolasset Ioui, pestilentiae fore fi-
nem. quod cum Athamas se facturum abnuisset, Phrixus
ultra ac libens pollicetur se unum ciuitatem aerumna li-
beraturum. itaque cum ad aram cum infulis esset adduc- 3

I4 Sphingium *Sr* (*van Krewelen*) Schoeneum *Mu sed u.*
fab. 239 II,2 armonie Φ fhrixum Φ 3 uoluisset *corr. e*
uoluit Φ init Φ initt *F* 5 darent *habet* Φ

LII AEGINA

Iuppiter cum Aeginam Asopi filiam uellet comprimere et
 Lunonem uereretur, detulit eam in insulam Delon et
 2 grauidam fecit, unde natus est Aeacus. hoc Ino cum res-
 cisset, serpentem in aquam misit quae eam uenenauit, ex 5
 3 qua qui biberat, debitum naturae solvebat. quod cum
 amissis sociis Aeacus prae paucitate hominum morari
 non posset, formicas intuens petiit ab Ioue ut homines in
 praesidio sibi daret. tunc Iuppiter formicas in homines
 transfigurauit, qui Myrmidones sunt appellati, quod 10
 4 Graece formicae myrmices dicuntur. insula autem Aegi-
 nae nomen possedit.

LIII ASTERIE

Iouis cum Asterien Titanis filiam amaret, illa eum con-
 temptit; a quo in auem ortygam commutata est, quam
 nos coturnicem dicimus, eamque in mare abiecti, et ex ea
 2 insula est enata, quae Ortygia est appellata. haec mobilis 5

LIII,2 sqq. cf. *Lact. Plac. ad Stat. Theb.* 4.795; *Myth. Var.* 1.37;
 2.17; 3.8.3 (*Seru. ad Aen.* 3.73)

LIII,2 Iuppiter F 5 quae F non qui 6 biberat F non
 biberet quod F ubi uel quo loco Mi quo Heinsius 7 mo-
 rari F, quod defendit van Kreevelen armari uel arare Sr
 11 myrmices F, per quod müggurkes intelligendum est
 LIII,3 ortygam Mu Ortygiam F, ut etiam *Lact. Plac.* Ortygen
 Mi; Graece maluit ögrtyva Bunte 4 eamque F ea se Mi

fuit; quo postea Latona ab Aquilone uento delata est
 iussu Iouis, tunc cum eam Python persequeretur, ibique
 oleam tenens Latona peperit Apollinem et Dianam; quae
 insula postea Delos est appellata.

LIV THETIS

Thetidi Nereidi fatum fuit, qui ex ea natus esset fortio-
 rem fore quam patrem. hoc praeter Prometheum cum sci- 2
 ret nemo et Iouis uellet cum ea concumbere, Prometheus
 5 Ioui pollicetur se eum praemoniturum si se uinculis li-
 berasset. itaque fide data monet Iouem ne cum Thetide
 concumberet, ne si fortior nasceretur, Iouem de regno
 deliceret, quemadmodum et ipse Saturno fecerat. itaque
 datur Thetis in coniugium Peleo Aeaci filio, et mittitur
 10 Hercules ut aquilam interficiat quae eius cor exedebat;
 eaque interfecta Prometheus post XXX annos de monte
 Caucaso est solutus. 1

LV TITVVS

Latona quod cum Ioue concubuerat, Inno Tityo Terrae fi-
 lio immmani magnitudine iusserat ut Latonae uim afferret;
 qui cum conatus esset, a Ioue fulmine est interfectus. qui

7 tunc F tum Rose LIV,10 cor F, quod nolim mutare coll.
Fulgent. myth. 2.6 11 XXX Rose tringinta F, sed u. Hyg. *astron.*
 2.15.3 LV,1 Tityus F 2 Tityo F

CXLIV PROMETHEVS

Homines antea ab immortalibus ignem petebant, neque
 in perpetuum servare sciebant; quod postea Prometheus
 in ferula detulit in terras, hominibusque monstravit quo-
 2 modo cinere obrutum servarent. ob hanc rem Mercurius 5
 Iouis iussu deligavit eum in monte Caucaso ad saxum
 clavis ferreis, et aquilam apposuit quae cor eius exesset;
 quantum die ederat, tantum nocte crescebat. hanc aquilam
 post XXX annos Hercules interfecit, eumque libe-
 10 ravit.

<CXLV NIOBE SIVE IO>

Ex Phoroneo et † Cinna nati Apis et Nioba; hanc Iupiter
 mortalem primam compressit; ex ea natus est Argus, qui
 2 suo nomine Argos oppidum cognominavit. ex Argo et Eu-
 adne Criasus Piranthus Echbasus nati: ex Pirantho <et> 5
 Callirhoe Argus Arestorides Triopas; hic <...> ex hoc <et>
 † Eurisabe Anthus Pelasgus Agenor; ex Triope et Orea-

CXLIV, 2 *sqq.* cf. *Dositheum* CGL 3.59,13-29
 CXLIV, 2-3 cf. *Lact. Plac. ad Stat. Theb.* 4.589

CXLIV, 3 quod F. quod recte defendit Mu quem *Bursian*
 8 <quae> quantum *Bursian* 9 XXX *Rose cum Hygin. astron.*
 2.15.3 trīginta F CXLIV, 2 Phoroneo Mi *Thronio* F quid
sub nomine Cinna lateat ignotum est 5 Criasus Sr *Crinus* F
Echbasus Mu, qui et Iasus maluit et Basus F *suppl. Scalliger*
 6 *Aristorides* F *lac. stat. Mi hic del. Mu* *suppl. Sr*

side Xanthus et Inachus; ex Pelasgo Larisa, ex Inacho et
 Argia Io. hanc Iupiter dilectam compressit et in uaccæ fi-
 10 guram conuertit, ne Iuno eam cognosceret. id Iuno cum
 rescivit, Argum, cui undique oculi refulgebant, custodem
 ei misit; hunc Mercurius Iouis iussu interfecit. at Iuno
 formidinem ei misit, cuius timore exagitata coegit eam
 ut se in mare praecipitaret, quod mare Ionium est appel-
 15 latum. inde in Scythiam transavit, unde Bosporum fines
 sunt dictae. inde in Aegyptum, ubi parit Epaphum. Iouis
 cum sciret suapte propter opera tot eam aerumnas tulisse,
 formam suam ei propriam restituit deamque Aegyptio-
 rum esse fecit, quae Isis nuncupatur.

<CXLVI PROSERPINA>

Pluton petit ab Ioue Proserpinam filiam eius et Cereris in
 coniugium daret. Iouis negavit Cererem passuram ut filia
 sua in Tartaro tenebricoso sit, sed iubet eum rapere eam
 5 flores legentem in monte Aetna, qui est in Sicilia. in quo
 Proserpina dum flores cum Venere et Diana et Minerva
 legit, Pluton quadrigis venit et eam rapuit; quod postea
 Ceres ab Ioue impetravit ut dimidia parte anni apud se,
 dimidia apud Plutonem esset.

8 Larisa *Schwenk* Laris F *Lycæon* Mu 13 exagitata *Mu*
duæ Barthio-ata F 15 *Bosphorum* F 17 propter *del. Bursian,*
sed recte defendit van Krevelen 19 esse F *non eam*
 CXLVI, 2 post Cereris <sibi> *add. Mu* 3 daret *del. Bursian*